

84. Item, datis termino minimo, ratione communi, & terminorum omnium summa; A, R, S; datur maximus. V. Nam (ut in Prop. 78.) $SR - S = VR - A$. Ergo $SR - S + A = VR$, & $\frac{SR - S + A}{R} = V$.

85. Et, datis termino maximo, ratione communi, & terminorum omnium summa; V, R, S; datur minimus. A. Cum enim (ut in præced.) $SR - S + A = VR$; erit (transponendo) $VR - SR + S = A$.

86. Item, datis termino minimo, ratione communi, & terminorum numero; A, R, T; datur terminorum omnium summa. S. Nam, per Pr. 19. $V = ARd$, & $VR = ARt$; Ergo per Prop. 68. $S = \frac{VR - A}{R - 1} = \frac{ARt - A}{R - 1}$.

87. Et, datis termino minimo, ratione communi, & progressionis summa; A, R, S; datur numerus terminorum. T. Est enim (ut in Prop. 84.) $SR - S + A = VR = ARt$ (per P. 19.) Adeoque $\frac{SR - S + A}{A} = Rt$. Quærendum igitur quæta potestas rationis communis R, æquatur quantitati cognitæ $\frac{SR - S + A}{A}$.

88. Et, datis termino minimo, progressionis summa, & numero terminorum; A, S, T; datur communis ratio. R. Nam (ut in præced.) $SR - S + A = ARt$. adeoque $SR - ARt = S - A$. Et $\frac{S - A}{A} = \frac{SR - ARt}{A}$. Cujus æquationis radix est R, communis ratio quæsitæ.

89. Et datis Ratione communi, numero terminorum, & summa progressionis; R, T, S; datur terminus minimus. A. Cum enim (ut in præced.) $SR - S + A = ARt$. adeoque $SR - S = ARt - A$. Erit $A = \frac{SR - S}{Rt - 1} = \frac{R - 1}{Rt - 1} S$.

90. Pari modo; Dato termino maximo, cum ratione communi, & numero terminorum; V, R, T; datur summa progressionis. S. Nam per pr. 20. $A = Rd \vee$. Ergo per pr. 68. $S = \frac{VR - A}{R - 1} = \frac{VR - Rd \vee}{R - 1} = \frac{VRt - V}{Rt - Rd}$.